predictorum, et fuerit orientalis, erit forma na
ti albi coloris, bonorum capillorum medio
crium, in situ et oculorum bone magnitudinis,
et erit homo honoratus, seu ornatus.
uincet in eius complexione caliditas, et humi
ditas. Et si fuerit occidentalis erit natus i
albedinis mediocris non tamen quantum
diximus antea. capillorum subalbidorum et erit cal
uus a duabus partibus frontis. oculi sui et
corpus eius erit mediocris quantitatis. uin
cet in eius complexione humiditas. H Uolo te disti
guere in hac ptolomei, in hoc loco. et causa est tali
modo aptiam, quod inde potes accipere in aliis
planetis etc. Dico quod id quod dixit. quando iupiter
fuerit dominus dispositionis locorum predictorum, uult
dicere quod quando ipse solus significatorem habuerit, signi
ficabit sicut significat ciuitas temperata et
genus temperatum hominum. Et si sua non fuerit
significatio, separati erunt in maneriem quod significant
res simplices. et quod dixit fuerit orientalis erit
natus talis, et talis forme. id est quando iupiter
fuerit orientalis fortis significat talem colorem
et talem formam qualem dixit. Et quod dixit si
fuerit occidentalis, erit natus talis et talis hoc

dixit. id est quando iupiter fuerit occidentalis debilis
et modice apparentie ac splendoris uideb
mus tales quales significat quales dixit. Et quia natura
iouis est temperata inter caliditatem et frigiditatem et
magis tendit ad humiditatem oportet ut debet in
caliditatem quando fuerit orientalis, et quod non debet
caliditatem quando fuerit occidentalis. Ideo oportet ut
debet quando fuerit orientalis complexionem calidam
et humidam, et quod complexio que dedit quando fuerit oc
cidentalis fuerit humida solummodo. Et secundum in
hanc regulam in aliis iudicabis.
P Et si mars fuerit dominus dispositionis locorum
que diximus et fuerit orientalis erit
forma nati inter albi et rubei, et bone
magnitudinis spissi corporis. et oculorum rubeorum ca
pillorum spissorum et mediocrium inter crispos
et extensos. et uincet in eius complexione cali
ditas et siccitas. Et quando fuerit occidentalis
erit forma nati multe rubedinis in colore,
et magnitudinis corporis temperate, paruorum oculorum,
et rarorum capillorum ac extensorum et blan
dorum, et uincet in eius complexione siccitas.
H Quod nobis determinatum est per martis natura
est combustio et siccitas maxima. Et quando fu
erit orientalis recipit naturam calidam et
temperatam et multam humiditatem, uel quia igitur
sit corpus et oculi uenient cardines. id est
coloris celestis propter humiditatem que uenit.
et capilli fuerint spissi propter fumositates mul
tas que sunt in corpore ob magnam
caliditatem. Et quando intellexeris hoc intelliges
quod dicit ptolomeus de forma quam significat mars.
P Post quidem uenus similis est operibus
iouis, in quo pulcrius est quod ipsa operatur
placabilius ac delectabilius in similitu
dine et pulcritudo magis quod similiter pulcri

[illegible]

tudini mulierum et erit pulchritudinis figure et
melioris voluntatis et corporis grossioris,
et est propter eius oculos pilositas faciei et
mixture colorum. H. Id quod accidit propter …
est sicut id quod accidit propter Venerem quia est maioris
apparentie quam Iupiter et est feminina et nec sit diver-
sa ab operibus Iovis in hiis que narravimus.
P. Similiter si Mercurius fuerit orientalis erit
color nati sicut color mellis, magnitudo
sui corporis temperata, bone complexionis, parvorum
oculorum, mediocrium capillorum, et vincet in eius
complexione calitas. Et si fuerit occidentalis,
erit forma nati inter nigrum et rubeum
et croceum colorem, magis corporis et macies subtilis,
oculorum concavorum, pupilla colore eius
ad similitudinem pupille oculorum capre tenden-
tis ad rubedinem, et vincet in eius complexione sicci-
tas. H. Iam diximus quod planeta lucratur
per orientale bonam apparentiam et calitatem,
et si fuerit occidentalis contrarium. Quoniam proprium
nature Mercurii declinat aliquantulum ad sicci-
tatem et propter significatores partis. Et manifestum est quod si
coniunctus fuerit alicui planete inclinabuntur hee
res ad naturam ipsius planete. Et propter quod Mercu-
rius facit per eius naturam propriam in illa tempe-
rata calorem mediocrem inter nigrum rubeum
et croceum quando fuerit occidentalis, quanto magis
faciet in gradibus quando fuerit in illa combustione.
Et habet Mercurius hanc naturam inter omnes alios
planetas quia semper est combustus et sub radiis solis
sicut est nulla in alia. P. Et generaliter
horum planetarum adiuvat sol et luna quando participa-
tionem cum eis habuerint de figura. H. Hec est
dubietas quando fuerit sol dispositor nati vel
luna in ordine quo accipiemus significatorem
a … vel luna in formis. Et propterea ad

hoc est id quod … melius in eis decrevimus, quia
sol et luna sunt domini et principes super omnes stellas.
Et quando significatores fuerint aliqui eorum participes significatio-
nis nativitatis generis et nulle sine aliqua inclina-
tione ad aliquod capitulum et distinctio que est in
eius significatione in hiis est quod dicit Ptolomeus in hoc dicto
quod voluit dicere. P. Sol similiter adiuvat et
dat pulchram apparentiam et corporis spissitudinem.
Et luna generaliter adiuvat in omni tempore et ma-
credine ac humiditate complexionis humide.
Et hoc propter facit quando separatur a sole. Particulariter
tamen erit adiuvatio sua secundum proprietatem lunarem
que est in ea sicut narravimus in prin-
cipio libri. H. Causa est quod sol dat bonam apparen-
tiam pulchritudinem et corporis spissitudinem,
sive sol sit particeps significatorum sive participator
habeat in figura cum planeta dispositore. Et quod
luna generaliter dat temperantiam macredinis
et complexionem humidam, et hoc propter quando separatur a so-
le et apparet lux eius, et hoc facit quod dat filii
salsum … sive lucis et dat filii
accedens … post diminutionem sui luminis. Particula-
riter tamen dat in suis stationibus diversis, similiter stationes
diversas secundum participatores quos habet in figura
cum loco solis et cum angulis et talibus rebus
quales in glosa precedentis docuimus. P. Ge-
neraliter quando planete fuerint matutinales
et apparentes faciunt corpora grandiora. Et quando
fuerint in prima statione faciunt ea fortia et ca-
lida. Et quando fuerint anteriores faciunt ea
temperata, et quando in statione secunda faciunt ea de-
biliora. Et quando absconduntur sic ita quod
non apparent faciunt ea nulla quando accidit
eis et mise… H. Quoniam planete sunt matutina-
les sunt fortiores et maiores et ob hoc fa-
ciunt corpora fortiora et magis completa. Et

semper in hoc crescunt donec applicat ad
primam stationem et tunc perficit corpora nature
sue virtutis et propter faciunt corpora integra et for-
tia et durabilia. Et abinde incipit minu-
mento virtutis ipsa donec sit in oppositione
solis, et tunc faciunt corpora debiliora, et semper
crescat debilitas donec sit vespertina
quousque intrat sub radios solis, et tunc
faciunt corpora dolentia quia cadit eis accidit
mise… et pestilentie, et hic intelligitur de eorum in-
venie ac … et hoc modo secundum quod determinavimus
in glosa precedentis. P. Adiuvat similiter loca ipsi
quibus morantur quia corpora firmi eius figura
significat et ipsius complexione sic precepimus.
H. Vult dicere quod figure locorum in quibus sunt
planete dispositores et figure loci lune et ascen-
dentis adiuvat planetas similiter in significatione
firmi corporis et permutat firmi corporis ac
figuram et complexiones ipsius secundum naturas eorum
si fuerint de natura contraria planetarum dispositorum
ut in … determinabit. P. Vlterius quartum
quod est … usque ad solstitium estivale in
facit nati boni coloris boni status bo-
ne magnitudinis grossi corporis bonorum
oculorum et vincit in eo calitas et humiditas.
H. Hoc est quod illud quartum est temperatum et tendit
magis ad calitatem et humiditatem. P. Et quartum
a solstitio estivali usque ad equinoctium au-
tumpnale facit nati temperatum et mediocrem
in magnitudine spissi corporis nigrorum
oculorum et multorum ac crispi capillorum.
Et vincit in eo calitas et siccitas. H. Quoniam
hoc quartum est calidum et siccum naturaliter calitas et siccitas
faciunt ita temperata toti quod dicit Ptolomeus.
P. Et quartum quod est ab equinoctio autumpnali
ad solstitium hyemale facit colorem nati

sicut est color mellis et facit eum macrum
… subtilis amplarum spatularum medi-
ocrium capillorum oculorum pulchrorum et vin-
cit in eo siccitas et frigiditas. H. Quoniam quartum
istud est frigidum et siccum fit talis per calorem
et est propter quod significat amplas spatulas et ma-
gnitudinem membrorum superiorum. P. Et quartum
quod est a solstitio hyemali usque ad equinoctium
vernale facit nati nigri coloris et magni-
tudinis temperate capillorum extensorum et …
ni bone dispositionis. Et vincit in eo frigiditas et
humiditas. H. Quia quartum istud est frigidum et
humidum et magis color … a magnis ca-
lore sicut … Et quia venit post
magnum frigus. Quia quartum hoc est magne
frigiditatis colorem nigrum significat. quartum estivale *similiter significat
secundum pulchritudinem sol et lune … Et
id quod dicere noluit Ptolomeus est quod quodlibet horum
quatuor adiuvat planetam concordantem
cum eo et minuit de opere illius qui non con-
cordat cum eo secundum res particulares ad ipsum
et ipse noluit nobis determinare id quod oportuit
quodlibet signorum participare. Ita quod hoc adiun-
getur cum eo toto quod predixit. P. Res
autem particularis est ita quod loca quorum forme
sunt similes formis hominum de illis que sunt
in zodiaco et extra zodiacum faciunt corpora
bone complexionis temperata. H. Convenit
quod forme … est que sunt extra zodiacum,
quia ille que habent post … sunt que sunt
super unum circulum cum planeta dispositore
de circulis quos posuimus et has formas
iam determinavimus in glosa precedentis. P. Hec
tamen que non sunt de hac forma sed de aliis
mutant temperantiam corporum secundum quod est formis
suis et faciunt membra suis similia aliquid

tu vel similitudinis inclinando eos ad maiorem magnitudinem vel debilitatem ad bonam compositionem vel ad malam. H Homines quidem forme humane et temperantia sunt quod determinat Galienus in libro complexionum, quia quanto fortius quis est separate a formis hominum principaliter non habent cum planetis dispositoribus, mutant ea corpora et trahunt ea ad naturam suam, ita quod ea faciunt similia sibi aliquantulum et ubi predeclarata sunt et multo melius declarare pro quod dicet. P Et cum que magis tendunt ad magnitudinem sunt sicut leo virgo et sagittarius. Et que tendunt ad parvitatem sunt sicut pisces cancer et capricornus quia parve sunt in celo. H Cum signa leonis virginis et sagittarii sunt in celo magna significant magnitudinem. Similiter signa piscium cancri et capricorni quia parva significant parvitatem. P Similiter ille que sunt sicut aries taurus et leo, scilicet id quod est antius corporum faciunt in hominibus tendentiam versus grossitudinem. Et id quod est posterius corporum trahit membra ad macredinem et debilitatem. Et ille que sunt alterius manerie sicut est antius sagittarii geminorum et scorpionis tendunt ad macredinem, corporum posterius trahit membra ad grossitudinem. H Hec est alia similitudo quia signa que bestiis assimilantur trahunt figuras hominum ad figuras bestiarum, ita quod aries taurus leo quia anteriora ipsorum sunt maiora quam posteriora faciunt rem talem in corporibus hominum. Et per hanc glosam intelligere potes totum quod vult dicere Ptolomeus. P Similiter virgo et sagittarius inclinant corpora ad distemperantiam et malam compositionem. H Ille que in temperantia faciunt ea faciunt quia sunt de figura hominum

et ille que in tali elongate sunt a figuris hominum faciunt distemperantiam. P Convenit quod ut mente apponas in aliis figuris. H Vult dicere quod in mente apponere in figuris erit secundum hanc viam quam predixit Ptolomeus. P Secundum hec aspiciemus compositionem in toto, scilicet unum cum altero, et intelligemus in proprietates que attingunt per compositionem harum rerum in forma corporis et complexionis ipsius. H Hec est regula generalis possibilibus, ita quod quando invenerimus quod dispositor unus et quod omnes alie res concordant cum eo iudicabimus per dispositorem et si res alie huic contraria fuerint, inveniemus tamen quantum instruit de re illa pertinente ad ipsum. Et si invenerimus quod in dispositione indicet plus uno planeta aspiciemus illum qui fuerit maioris testimonii et omnes res alias concordantes et inveniemus et accedemus secundum hoc. Et cum hoc faciemus figuram corporis et eius complexionem et formam. C. 12. de pestilentiis et infirmitatibus corporis nati.

Dixit Haly. Postquam nos docuit in capitulo precedenti regulas per quas possumus scire figuram corporis et formam ac complexionem ipsius, vult nobis in hoc capitulo demonstrare per ordinationem rectam regulas quibus scire possumus pestilentias et infirmitates corporis contingentes. P Et postquam iudicavimus pestilentiarum et infirmitatum que accidunt corpori sequitur id quod predixiimus. Nec noluimus loqui et prosequimur in hac nostra re quod narrabimus. Dominus enim in hoc loco dicit quod scire voluerimus hanc rem generaliter ut aspiciamus ad duos angulos orizontis, qui sunt ascendens et occidens, et ad ipsum medium celi descendens, et ad domum occidentis precedentem. Et est illa

que non habet alligationem aliquam cum ascendente, quod aspiciamus ad 2 planetas infortunatos et cuiusmodi statum habent in compositione horoscopi, quia si fuerint hii 2 loca predicta in gradibus in quibus ambo locati vel unus eorum elevatus fuerit vel aliquis eorum, ita quod ipsemet sit in loco autem signorum vel in oppositione super unum duorum mentorum, dicit nobis accidere quod natum attingent pestilentie et infirmitates in corpore suo. Maxime si ambo luminaria aut aliquod horum fuerint in angulis manentes quod diximus, sive sit ambo in uno angulo, sive in duobus oppositis angulis. Et hec non solummodo dicit in planetis infortunis qui ad eos ascendunt per luminaria vel fortunam existente in angulo, faciet ille pestilentias et infirmitates, quas loca significant orizontis, et loca signorum, et naturam planetarum infortunatorum et stelle que habent participationem cum ipsis. Verum quod dabunt eis in fine hoc idem si fuerint ascendentes ambo luminaria. H Similiter appositis ibis et ad medias ibis capituli eorum qui ambo non recipiunt, intelliges ea bene. Et id quod in hoc capitulo nos docet Ptolomeus est regula generalis quam scire possumus pestilentias et infirmitates in nati corpore contingentes. Hec autem regula docet nos ut aspiciamus ad ascendens et ad 7 domum et 6 quia non habet cum ascendente aspectum et ad planetas in ipsis locis existentes et ad planetas aspicientes ipsa loca. Et si ea infortunata invenimus ab infortunis vel 2 loca solummodo infortunata et proprie 7 domum et 6, sciemus pro certo quod nato accident infirmitates et pestilentie in corpore. Et si unum horum infortunatum invenimus aspiciemus ad 2 luminaria si fuerint infortunata in angulis vel aliquod eorum sciemus

per hoc quod accidet nato pestilentia in corpore. Sic aspiciamus ipsis 4 locis que sunt ascendens 7 et 6 et locis solis et lune et si aliquis eorum separatur ab infortunio vel iungit ad eum, quia tamen est unum quantum aliud. Est tamen maioris nocumenti ille qui iungit quam ille qui separat ab infortunio sicut diximus in capitulo eorum qui ambo non recipiunt. Et ad id quod debemus mente apponere in hoc capitulo est ut sit in corporis planetarum omittere unum scilicet cum altero. Et debet scire quod pestilentie et infirmitates accidentes in corpore nati cum res predicte erunt secundum quod signum significat ascendens et signum 7 quorum sunt super orizontem et secundum quod significant signa in quibus stant significatores et naturam planetarum infortunatorum et loci infortunati et planete participationem habentes de significatione cum eis, quod totum docet ab hinc in antea Ptolomeus. P Ita quod gradus cuiuslibet signorum qui comprehenduntur gradum recipientem nocumentum gradum orizontis significant locum corporis in quo accidens illud contingeret vel si illud quod accidet in membro ipso erit pestilentia vel infirmitas aut utrumque. Nec tamen planete faciunt manieres earum suarum. H Vult dicere quod gradus qui recipit nocumentum a planetis infortunis sive sit de gradibus ascendentis sive de gradibus 7 signat membrum in quo accidet pestilentia vel infirmitas vel utrumque, quia semper erit ipse gradus in dominio alicuius planete et ut disponatur membrum quod est illius planete, tamen nec planete que faciunt manieres pestilentiarum et infirmitatum similiter faciunt eas harum manierum. Et postquam ita est quod sciamus membra propria planetarum sciemus totum quod contingit in huic capitulo. P Quoniam Saturnus habet de

planete applicant infortune [illegible] eo modo quo cum separantur ab infortunio vel eius iudicio. Sed in hoc differunt quia qui applicat est in augmento mali, qui separatur est in decremento mali usque quo fuerit eversus aut per gradum aut per 3 vel 4 gradus aut per [illegible] luminis [illegible].

Nota de egritudine nati iudicium.

Nota de loco corporis in quo erit egritudo.

Nota quod habent planete in corpore hominis

Saturnus

membra principalia hominis auditum dextrum et brachium et splenem vesicam et flegma. H Saturnus habet auditum dextrum, quia est de partibus solis imitans, sicut quod habet principalitatem in dispositione patris, et habet brachia et splenem propter similitudinem que est de natura eius, et vesicam, quia habet principalitatem in canalibus superfluitatum et flegmatis, quia quando facit magnum frigus et quando magnam humiditatem.

Iupiter

P Et Iupiter habet tactum et pulmonem et costas, pulsus et sperma. H Habet hec quia est calidus et humidus et temperatus, unus humiditate et hec res illis conveniunt, quia tactus est temperantie, et pulmo, coste et pulsus conveniunt calori et vite que est propter temperantiam, et sperma propter illud idem.

Mars

P Et Mars habet auditum sinistrum, renes, venas et membra virilia. H Hoc est quia mars militat principalitatem habet cum luna, et propter principalitatem habet in dispositione auditus sinistri. Et propter vilitates locorum per que transeunt superfluitates ad hec membra, sunt eius renes, vene et virilia membra.

Sol

P Sol habet visum, cerebrum, cor, nervos et omnia membra lateris dextri. H Quoniam sol nobilior est omnibus aliis stellis, decet eum habere nobiliora membra que sunt in homine, et illa de dextro, quia latus dextrum est nobilius quam sinistrum. Similiter quia sol habet principalitatem cum aliis planetis in terminis medietatis firmamenti.

Venus 10

P Venus habet odorem, epar et carnem. H Iam scis quia venus est secundum iovem et sequitur ab eo in quantitate, et femina, et quia ipsa dat corpulentiam, et propter hoc convenit ut habeat ista membra.

Mercurius

P Mercurius habet loquelam, linguam, cogitationem, fel et fundamentum a parte inferiori. H Iam scis quod mercurius per se tendit versus siccitatem et est dubitabilis nec est aliquo modo planeta misceatur, et scis quod semper vadit cum sole qui est princeps maior, et ideo convenit ut habeat loquelam, cogitationem et linguam, quia semper est cum sole et tendit ad naturam cuiuslibet planetarum, et habet fel et fundamentum propter commixtionem quam habet cum infortunis.

Luna

P Et luna habet gustum et guttur et stomachum et ventrem et matricem mulieris et omnia membra lateris sinistri. H Quoniam sol habet membra que maius habent de nobilitate, convenit ut luna habeat membra que sequuntur illa principalia et sunt eis proveniencia, et istorum matrix et guttur sunt de dominio lune. Similiter habet luna principalitatem cum planetis in dispositione membrorum que sunt in medietate minori firmamenti. Et nos determinavimus ubi predictum in libris istis ut arte sumas ex eis et ut accipias eorum planete quos oportet. P Accidens pestilentiarum generaliter erit quando planete infortunate fuerint orientales. Accidens tamen infirmitatum erit quando ipsi planete fuerint occidentales. Est enim inter unamquamque harum differentia, quia pestilentia accidit una vice et non durat tempus ipsius. Infirmitates spatium accipiunt et habent accessionem quando. H Planete infortunate cum fuerint orientales quando fortes fuerint dant pestilentias, et quando debiles infirmitates. Et hoc est quod vult dicere ptolomeus, dedit ei unum ex fortibus et aliis fortibus sumas ex. Et hoc exemplum est quia planete orientales sunt fortiores et occidentales debiliores, et est differentia inter pestilentiam et infirmitatem; propter hoc dixit quod pestilentia accidit una vice et quiescat dolor

eius, et ipsa recedit nec remanet, sicut accidit surditas, perditio unius lateris. In

Surditas

illo que accidit durat dolor quousque vivet vel paroxismus sicut podagra est. Et hic perficiuntur ubi in hac regula generali. Ab hic ... in particularibus vult loqui. P Et res cum quibus scire possumus accidentia particularia quando rectificata fuerint ... figuras et stantis significantes pestilentiam et infirmitatem sunt scire hec particularia que sequuntur et attingit in maiori parte secundum situm planetarum, quia sunt similiter ... H Postquam nobis determinavit res quibus scire possumus generaliter pestilentias et infirmitates que accidunt nato, vult ostendere quomodo cognoscemus qualiter particularia, et dicit sic: quando inquisitum habes et scire volumus aspectum et rectificavimus has res predictas et invenimus quod accidit cuilibet corpori propter figuram eius, et ipse distinguit hec in una. P Itaque amissio visus accidit uni oculo quando luna solummodo fuerit in predictis angulis et accidit illa hora quod sit coniunctio vel oppositio. Similiter quando fuerit in aliqua figura de figuris quas habet cum sole et applicuerit alicui stellarum nebulosarum que sunt in zodiaco, sicut est stella nebulosa que est in cancro, et pliades in tauro, et alia que est in sagittario, et capud scorpionis, et ille que sunt iuxta ... leonis et alia ... aquarii. H Hec est figura propria que facit cecitatem vel infirmitatem in uno oculo solummodo, et hoc est figuram ut sit luna in ascendente vel occidente infortunata, et quod sit sol cum ea vel in eius oppositione, et iam ... stella ... facit infirmitatem in uno oculo vel cecitatem

... Similiter si luna applicuerit soli existenti in aliquo angulorum qui sunt ascendens et occidens infortunata, et fuerit aliqua stella nebulosa cum ea super unum celum ... qui ad similitudinem orizontis ... nativitatis in capite vel conspectu, facit cecitatem in uno oculo vel infirmitatem in eo. P Et quando luna fuerit in aliquo angulo occidentali et mars et saturnus orientales et precedunt eam ... Et quando sol fuerit in aliquo angulo et hi duo planete fuerint ascendentes antequam ipse, et cum hoc acciderit quod habeant principatum de figura cum duobus luminaribus in uno signo vel opposita sint diametraliter, et fuerint matutinales in illa principalitate quod habent cum luna, erit accidens in duobus oculis. H Hec est alia regula oculos ... potimus eam scire ... per 3 figuras. Quarum prima est ut sit luna in aliquo angulo infortunata et cum marte vel cum marte et saturno et ipsis existentibus orientalibus, et luna vadat ut applicet eis. Secunda est quod sol sit infortunatus in aliquo angulo ab his duobus planetis et vadat applicando eis. Tertia est quod luna et sol ambo sint coniuncti vel oppositi, et ambo infortunati a saturno et marte, et quamvis infortunium soli sit matutinalis et luna infortunatus vespertinalis, et ... figura dat accidens ambobus oculis ... quod si fuerit pestilentia eveniet ... et si infirmitas accidet eis scabies vel ... P Per martem cum precedit ... amissio ex percussione aut ferro vel igne, et si mercurius est ipso particeps

partem habuerit in figura erit accidens fractionis
cum luctando vel ludendo vel equitando aut cur-
rendo aut proiciendo aliquid contra aliquem. Et
accidit propter saturnum descensio aque capitis
ad oculos aut propter magnum frigus sine
parte aque corrodentia existente ibi et hiis similia.
Hec postquam scivimus id quod accidit in aliquo
angulorum vel in ambobus de infirmitatibus et
aliis et scire voluerimus horum causam a-
spiciemus si mars est ille qui hoc facit
et si ipse fuerit erit illud propter ictum aut vul-
nus vel ferrum sive combustionem. Et si te-
stificabitur ei mercurius erit illud cum luctan-
do vel solaciando aut expulsione alicuius
hominis mali. Et si saturnus fuerit ille qui hoc
fecit erit hoc propter descensionem aque ad oculos
sive propter magnum frigus vel habitationem
propter ruinam que fiet super oculum et faciet
oculos caligines nebulosos. Et oportet ut
intelligas dominum eius quando dixi et hiis similia
si duo infortune fuerint participes in significatione
componentur ex duabus hiis naturis id quod est in
simplicibus. Et scias sola significatrix fuerit a-
spicies signum et dominum in quo fuerit et inve-
nies compositionem ipsius et dices accidens erit in
tale et tale sed quod competit illi compositioni. Verbi gratia si mars
fuerit in signo calido erit propter ignem. Et si
fuerit in terminis saturni erit propter ferrum et hoc modo
accipies in omnibus aliis rebus. Et oportet te
scire in hoc loco infirmitates oculorum
a planetis et occasione ... [illegible] et indicabis
qualibet secundum quod ad eam pertinet. Et oportet te habere in
memoria tua id quod diximus in capitulo
illorum qui non recipiunt. Nec quod si nocumentum
... in statu fuerit valde magnum erit ac-
cidens cum nativitate et si magnum non

fuerit prolongabitur. Similiter si aliqua fortuna
testificabitur ei. Et scias tempus in quo acci-
det per regulas quas scis sicut tempora quibus accidunt
pericula in hiis nativitatibus. Similiter hoc scias per revo-
lutiones annorum. ¶ Similiter si venus fuerit in
aliquo angulorum predictorum quamquam per se est recipiente
iuncta cum saturno vel aspiciat eum per quartum
de loco et mars altus fuerit super ipsos ambos
vel in eorum oppositione super diametrum accidet
propter virus quod non faciet filios et accidet mu-
lieribus quod movebunt corporis filii vel parient
ante tempus. Hec sunt alie regule que accepte
sunt per figuras veneris. Prima est ut sit venus
masculina vel occidentalis quod est fortius eo. et
sit sic saturno iuncta vel aspiciat. Altera
est ut sit saturnus in alto horum duorum locorum
angulorum veneris et iuncta vel ipsa aspiciente.
Et si in hiis duabus rebus mars aspexerit
venerem vel sit in eius opposito accidet ut non
concipiet ... nec faciet filios et mu-
lieribus quod movebunt filios vel parient ante
tempus. ¶ Accidit similiter eis quod absciduntur
creature in matricibus suis et hoc evenit propter
mercurio in cancro virgine et capricorno luna mar-
ti applicante a parte orientis. Et vult dicere
quod quando venus fuerit in hoc statu quem dixi
et accidit ipsi modo in cancro aut virgine
aut capricorno luna applicante marti
ex parte orientis accidet propter mulieribus dis-
membratio creaturarum. ¶ Similiter si venus
habuerit participationem cum mercurio existente
ipsi in hoc statu cum saturno et mars alt-
fuerit super eum vel in eius oppositione super diametrum
natus erit castratus vel femininus vel ve-
netus vel clausus de fundamento toto.
Et vult dicere quod quando venus fuerit cum saturno

vel in mane quod narravit quod mars altus
fuerit super eam et ipsa participationem habuerit cum
mercurio occidente in hoc statu natus erit ca-
stratus aut venereus vel clausus. ¶ Et quando
hee res sic fuerint et sol similiter participationem
habuerit in figura et ambo luminaria et venus fuerint
masculina et luna occidentalis et in forma
in gradibus qui sequuntur natus erit sine
membris virilibus. Vel si ea habuerit pestilentia
accidet in facie et mars sub fuerit in ariete vel
leone sive scorpione aut capricorno aut
aquario. et femina non pariet et erit mancta.
Et accidet pestilentia in hiis aliis in musi.
Et vult dicere quod quando venus fuerit in statu
predicto cum saturno et marte et aspexerit solem
et ipsa et ambo luminaria fuerint masculina
et luna occidentalis et venus in hoc statu appli-
cet infortunis erit masculus sine membris
virilibus. Vel si ea habuerit accidet pestilentia
in facie ita quod non poterit dare spinam. Et si
fuerit mulier non pariet et erit mammeta. Et
iste qui talem nativitatem habet alii amis
pestilentia non evadet et mars fuerit in tali
statu fuerit in ariete leone scorpione cap-
ricorno vel aquario. ¶ Et nati quorum
lingue detinentur vel qui ubi cor non habuerint
formati sunt illi qui habent in eorum nativi-
tatibus saturnum et mercurium cum sole in angulis
predictis et mars si mercurius fuerit occidentalis
ante ambo fuerint ipsi in parte cum sextum
signum cum luna. Et si accidit mars cum
hiis duobus plus dissolvit lingue
detentionem per maiori parte a tempore quo le
obviaverunt. Hec constellatio faciens
lingue detentionem est quando saturnus et mercurius
fuerint iuncti cum sole existente in ascendente vel in

occidente et luna aspiciente ipsos ambos. Et si
sic non fuerint et sed fuerint solus mercurius cum sole
habendo aspectum ad saturnum aut luna applicante
de saturno erit constellatio similiter detentionem
lingue faciens. Et si mars aspexerit lunam et
hos planetas dissolvet aliquantulum deten-
tionem lingue et faciet expeditam. Et tempus
in quo destruet lingue detentio erit secundum
gradus qui sunt inter martem et lunam vel inter
ipsum et inter istos alios planetas. Et hec est re-
gula in hiis rebus per quam scire poteris quod quo
accidet lingue sive ab hora nativitatis
sive alio tempore inter aspiciendo in hac re
sum aspectum eius cum fortunis et infortunis
et ad loca planetarum per revolutiones annorum et hiis
similia. ¶ Similiter si ambo luminaria applicaverint
infortunis in angulis existentibus vel in oppo-
sitione luminarium super diametrum et mars si fu-
erit luna in aliquo nodorum aut in cornu
vel in signis interrectis qui sunt aries tau-
rus cancer scorpio et capricornus in eorum nati
pestilentia gibbositates aut contractiones vel
ablatio ... [illegible]. Et si infortune fue-
rint cum luminaribus erit hec pestilentie ab
hora nativitatis ipsius. Et si fuerint in
medio celi vel altiori super luminaria et eis ap-
plicaverint in longitudine accidunt hec pestilen-
tie per magnas accidentibus et periculosis sicut qui
cadit ab alto et qui cadit in manus la-
tronum aut aliquarum ferarum. Et si mars fu-
erit ille qui dominatur accidunt hec pestilentie
propter ignem combustione vel per magnas calor-
es et mala aut quod cadet in manus ini-
micorum. Et si dominabitur saturnus erit hec pe-
stilentie per casum ab alto vel propter ruinam casu
in aqua vel integumentum de membro sub ... [illegible]

pupilla

abui

al' necatione

Casus contingentes oculi

de filiatione hominum
vel partu mulierum
de castratis vel perditis.

Detentio lingue:

Gibbositas
Casus ab alto et latrones vel ferre

ba concordat vel figura signis predictis aut secundi. Hec cum sint 2. infortune in angulis a loco lunari nativitatis ad coniunctionem vel oppositionem aut ad quartum accidit cum hoc quod sit luna cum capite draconis vel cauda aut in ascendente et hoc est loco in sit caput draconis aliquid plurium et quod sint signa intercisa sicut aries taurus cancer scorpio et capricornus tale signo qualiter ista signet unam istarum pestilentiarum vel plures una secundum loca in quibus morantur huius parte si fuerint signa duorum corporum vel unius. Et si aspexerint ipsarum fortune plaga habebit ipsius pestilentie. Et si non aspexerint erit pestilentia ab hora nativitatis. Et ego inveni et certificavi in una nativitate in qua luna erat iuncta cum marte in capite draconis et erant ipsi in decima 12. domus et a loco i.g. sol et iovis qui erant a loco ipsa tacti et accidit propter hoc gibbositas et elongata fuit pestilentia ipsa. 12. mensibus sicut est cursus maior iovis. Et propterea ita est illud quod nobis monuit ptolomeus. hic non est aliud in regione generaliter in hiis rebus ut non sumamus exempli in aliis rebus. Et id quod dixit si fuerint in medio celi vel altum supra luna eis applicantes in longitudine vult dicere quod si due infortune fuerint in medio celi et luna a loco circa a medio celi in oppositione infortuniorum aut vel ico... gradu per gradum tale status qualis iste signet quod pestilentie que accidunt erunt propter fortia accidentia et pericula magna sicut est cadere ab alto loco sive in manus inimicorum vel latronum aut per sensus aliquibus

Hora castellanorum gibbositatis

Accidentia corporis

ut sunt leones et ursi aut pro equi percussione vel huius similibus sicut est morsus colubri aut vipere. Et tu scire potes quod unam quamque istarum rerum iam narravit ptolomeus. quando invenies appositis in figuris stellarum fixarum que sunt plures. Et id quod si fuerit mars ille qui dominatur erit pestilentia per ignem indiget glosa. Et similiter id quod dixit de saturno Jo tamen quod est necesse cognoscere loca luminarium et infortuniorum. Et scias cum in manibus erit pestilentia quando si fuerint ipsi in signorum quorum pedes erit pestilentia in manibus et si in fine erit in pedibus. Et si alibi i erit in alio loco corporis. Horum autem omnium cognitio iam inventi sunt in glosis capitulorum que posuimus et tu facies in quolibet loco. quia ubi est necesse fuerit aspicere in aliis rebus que nominate fuerint in alio loco ad ingenium tuum cum alto et intelliges quolibet.

P Et in maiori parte accidunt pestilentie quando luna fuerit in duobus punctis equinoctii solstitiorum vel equinoctiorum. Et si fuerit in puncto equinoctii vernalis pestilentia que accidet erit albarae. Et si fuerit in puncto solstitii estivalis erit impetigo. Et si fuerit in puncto equinoctii autumpnalis erit accidens albarum proprie. Et si fuerit in solstitio estivali erit accidens emperimes. Et si fuerit in puncto solstitii hiemalis accidens erit prima iori parte rubedo et facies que dicitur rosa.

i. lep.

vel longum

Hec est alia regula in pestilentiis que comprehendunt corpus et stat ad deinceps generaliter. Et ubi ptolomeus manifesta fuit in hoc loco. Et hoc est quod equinoctium autumpnale assimilatur equinoctio vernali. Et quando luna fuerit infortunata in equinoctio vernali facit maculas

zielas albas. Et quando est in equinoctio autumpnali similiter dicit quod faciat albaras quod est multum peius ad recuperandum. Et propterea luna quando infortunata est in solstitio estivali facit emperimes dicit et quando fuerit in solstitio hyemali faciat rosam et similia scilicet in fortunam qui est capitanum infortunatorum ipsi.

P Et accidet infirmitates quando infortune steterint in marte quod dicitur huius dispositione de figura cum sole et luna. ... est alio modo quod precipuo infortunarum cum sole infortunis orientalibus matutinalibus et associantur luce quod sit matutinalis. Hanc regulam iam narravit ptolomeus in precedentibus. nec hoc volo mult repetere istud in hoc loco ut intelligam membra informer. Et est hec regula quod quando infortune iuncte fuerint cum duobus luminaribus vel cum uno aut quod sit in opposito eorum aut i.g. gradu per gradum accidunt infirmitates si matutinales fuerint infortune in oppositione solis aut vespertinales si fuerint in oppositione lune.

P Et infirmitates que generaliter accidet erunt ita. Quia facit saturnus de complexione ventris nati frigidum et erit multum flatus et humorum descendentium ad inferiora. mat... erit et infirmitatibus habebit colorem oculorum et cor multum crocei et in intestinis vulnera et tussi vomet quoque comedet et patietur dolorem renum qui dicitur colica et lepram. Et cum hoc accident mulieribus in matricibus dolores. Mars non facit nativitatem sanguinem spuere sed mihi in plone et scabiem et accidunt nisi quod dolebit propter combustiones que fient ei aut perforabit per locum cum hoc ptolomeus a ... mali exitus et si similiter et emorroydes aut res que nascuntur in corpore vel per vulneribus multum callis et combure

tibus vel per plagis et incidentibus carne. Et accidet cum hominibus motus fluxorum ques in ventribus defertur vel quod putrefiet aut dispergentur in eis. Nam scimus quod quando infortune fuerint potentes et dampnantes luminaria, id quod accidit in corpore erit pestilentia. Et quando fuerint debiles accidunt infirmitates. Et ptolomeus dixit nobis rem in hoc loco propter quod est et ipsius ibi declarata fuit. Et glosa quam indiget est hoc ut intelligas quod significent ubi ptolomeus. Id quod dixit venit rati vult dicere omnia loca vacua que sunt in cor sicut est venter cerebri et vacuitas pectoris et stomachi et intestinorum et matricis. Et humores qui descendunt vult dicere humores qui primum descendunt. Et quia flegma acetosum et salsum macerat cor et inbro ... nutrimenta intus accidunt propter humores qui descendunt ibi dicit ut ille qui fuerit in tali statu sit macie multum. Et macies est quod flegma quod descendit a capite ad pectus facit tussim et vomitum ... . Et colica accidit propter flegma quod comprimit in intestinis. Et lepra proprie accidit quando in corpore dicit complexio comburens humores et facit eos mixtos et hoc facit saturnus quando fuerit in aliquo locorum martis vel cuius dominio dampnat a 2. luminaribus vel ab uno. Et si tu aliquid intelligi tenemini ubi ptolomeus potes intelligere sine glosa.

P Et accidunt in maris fuis quos diximus propter participationem figure que est plurium quantum inbrais corporis infirmitates proprie. Et res iuvans cum adiungetur his res malas est maius quod iuvat saturnus concordat cum eo ad infirmitatem mar... in eo quod aut facit humores ad inferiora. Et de

locos per humiditatibus amaris que decurrunt ad guttur et pectus et ad stomachum. Et adiuvat martem in desiccando et quod accidit per desiccationem sicut sunt pustule que efflant in corticem arterias et variolas que faciunt icteritiam et excitatus que multi dicunt et a parte calida que sunt coloris rubei sicut sunt combustionis et lasempevines mole et impetigines malas et mania que amittere facit sensum et stultitia que facit hominem stultum multum et epilentia et his talia. Hoc cum marti miscebitur cum quarta infortuniorum augetur in opere suo. Si miscebitur cum saturno augetur in frigore et facit reuma ad guttur descendere et ad pectus ac stomachum plusquam si saturnus esset in capite suo id est solus per se. Et si fuerit cum marte augetur desiccando ita quod facit incurtitates in spatulis et caturnis et a parte calida et impetigines malas et male nec que fiunt peiores. facit multas stultitias ferire homines et res alias laboriosas. P[ar] habebit quod hec infirmitates procreantes secundum diversitates signorum in quibus erit principaliter significator quod portatum que sunt 2. angustia et carnem et capricornus et pisces et omnia signa que habent figuras aliud silvestrium que assimilant figuris piscatis faciunt propter infirmitates que spargunt per corpus et impetigines et infirmitatem que dicitur defectus cordis et dolorem ... et fistulam et lepram et his talia. Sagittarius tamen et gemini faciunt infirmitates de quibus cadit homo ad terram et epilentiam. Hoc vult dicere quod infirmitates quas facit quando est infortuna sunt divise secundum naturas signorum in quibus sunt et naturam ascendentis et ... Et hec quas faciunt cancer capricornus et pisces et omnia signa et loca habentia figuras aliud silvestrium et que sunt que vadunt per terram et comedunt carnem et quando dico est faciunt sic impetigines scabies siccas lupinellas fistule lepra et his talia. Et infirmitates quas faciunt sagittarius et gemini sunt que faciunt homines cadere et his que terre sponunt et amittunt sensum sicut paralisis totius corporis et suffocatio matricis mulierum et epilentia. Et propter ita est dicitur ut distinguas res que sunt in hac regula secundum quod fuerit natura planete infortune et iudica ab qualibet secundum hoc. verbi gratia si mars vel mercurius fuerint in sagittario vel geminis faciet epilentiam sat[urnus] minus in his 2. cum locis faciet paralisi totius corporis si aliquis corpori infirmitate corporis significat.

P[ar]. Et quando planete fuerint in ultimis gradibus signorum erit pestilentie et infirmitates quas faciet accidentalibus corporis propter et accidet propter dapnum eis eiciens ex decursu humorum ex quo fit lepra et podagra et cyragra in pedibus et manibus. Hoc est alia regula certificata a situ planetarum infortuniorum in signis. quod quando fuerint in finibus signorum erunt infirmitates que accidunt in extremitatibus corporis sicut est lepra et podagra. Et si fuerint in principiis signorum erunt infirmitates et pestilentie in membris principalibus aut in facie vel in tali loco. P[ar]. Et si hec sic se habuerint isto modo et aliquis planeta principaliter non habuerit cum planetis infortunis facientibus istud. Et luminaribus si fuerint in angulis erit pestilentie et infirmitates que accidunt nocentes multum ita quod numquam curabuntur. Similiter quando cum ipsis principalibus habuerint si planete fuerint altiores eis aut fuerint maioris posse. Hoc vult dicere quod quando infortune fecerint aliquas infirmitates in corpore et non testificabuntur fortune in illis luminaribus aliquam fortunam infirmitates ille nec pestilentie non habebuntur et erunt multum nocentes. Similiter si fortune testificabuntur et debiliter et infortune fuerint minus maioris quam ipse sunt.

P[ar]. Si fortune fuerint in signis orientalibus et elle nate sunt infortunias facientes rem illam tunc pestilentie non durabunt multum nec erunt turpes et infirmitates erunt leves et cito quiescent et quando leviunt mutabuntur. Similiter erit si orientales fuerint infortune. Hoc vult dicere quod quando testificabuntur fortune et fuerint in se fortes et infortune debiliores eis pestilentie tempus non erunt nec corpus peius minus valebit et infirmitates similiter leves erunt et cito quiescent et si cum hoc fuerint fortune orientales et quod erant ante solem cito sanabuntur.

P[ar]. Dicam. Iovis est cohoperire pestilentias et infirmitates removere vel mitigare cum auxilio quod propter custodiam bonam hominum patientes invant. Hoc vult dicere quando iupiter aspexerit cohoperit pestilentiam et egritudines mansuescat cum auxilio quo debilibus se iuvabunt et corpora aliqui se iuvabunt egritudinem mitigando.

P[ar]. Et si fuerint cum mercurio egritudines propter medicinas quiescent et bonorum custodia phisicorum. Et venus egritudines et pestilentias alleviat alleviamento gratioso divino miraculo. vel propter aliquam complexionem vel hominem sanum et egritudines mansuescat cum medicamentis vel custodia excepta dei providentia. Hoc vult dicere quod quando venus aspexerit affirmat aliquantulum pestilentias quas faciunt infortune. quia scilicet habent eas esse dei sunt ita quod bona opera eius faciunt cum hoc amore hominum. nec recedebit cum pestilentie illius. reputabunt tamen homines quod bonum ille primum habebit a deo ipsa. Et si accidens fuerit infirmitas et non pestilentia quiescet pro rebus que fient de incantationibus et caracteris que supponent ad collum et aliis talibus que accepta sunt ab antiquis divinis vel prosopopeia ab antiquis pervenientia.

P[ar]. Et si saturnus fuerit cum ea erit res illa parte secreta et occulta. Et si mercurius fuerit cum ea erit illud cum auxilio et perfectione que habebit ille qui pestilentiam vel egritudinem patitur per illa quam habet. Hoc vult dicere quod quando saturnus fuerit cum venere erunt pestilentie et egritudines et affirmatam et mansuetudo carum res dominatur et appetentes multas. Et si mercurius fuerit cum ea habebit perfectionem et utilitatem per egritudinem vel pestilentiam illam quare evadet homines quod auferre vel affirmare noluit eam secundum per amore que habuit cum eo. Et propter hoc capient homines secundum facere merchandise et bonum. C. 12. in facto motus anime nati. R[ubrica].

Oportet quod perfectas regulas quibus scire possumus statum vite hominis per res quibus corporis pestilentias et egritudines accidentes ei donec nobis multe regulas demonstrant quibus scire potuimus statum sensus quod est anima.

P[ar]. Per res et cum quibus scire perfectionem accidentia corporis est sicut posuimus. tamen anime status quod sunt in parte rationali semper scire possit a statu in quo mercurium invenimus. Hoc statu sunt homines mores qui virtutes dicuntur et malitie quibus moventia nunciant. Et propriis qui erunt percipientes unusquisque regis istius et sta

pro hominis

tum in quo mercurium invenimus esse
complexionem quam habuerit hora nativitatis et status istius
opponitur de signo in quo moratur mercu-
rius, et de omnis signi et de applicatione
vel separatione ipsius ab aliis planetis et rebus que
in hoc determinate sunt secundum regulam non quod scire pote-
rimus secundum animae rationalis et omnium suorum
statuum acceptionem de complexione mercurii que
composita est ex hiis rebus quas diximus. P Et quod
docet fuit ipse naturalis sicut ptolomeus dicit
quod est nam spissis corporibus quod est luna et ea
planetis cum quibus habet de figura participationem
per applicationem ad eos vel separationem ab
eis. H Quod dicit ipse sua natura vult
dicere de bonitatibus et aliis que sunt in
parte vegetabili et vitali. Et quod dicit
ptolomeus quod est mercurii spissis corpo-
ribus vult dicere de corporibus in quibus moratur
anima. Et bene docent verba sua quod regulam que
scire possumus secundum animae irrationalis et eius
statuus est, sicut debemus accipere a complexione
lunae, cum scilicet quod sit in ea dominatio eius et signum
in qua est et adversus dignitatum suarum et loco
in quo est in complexione angulorum et ab eius appli-
catione et separatione et ab omnibus aliis statibus
eius quos narravimus. Et per quam
ratio est regula quod scire possumus secundum totius
animae generaliter est a statu que habuit mer-
curius et luna hora nativitatis, et separabi-
liter anima rationalis a statu mercurii et irrationalis
vero a statu lunae. Et est notorium quod quando
hii duo planete applicantur invicem secundum al-
terius aliquam concordantia fuit inter eos secundum
animae ordinatum erit et concors. Et si mercu-
rius fortior fuerit anima naturalis obediet ir-
rationali. Et si luna fuerit fortior econverso. Similiter

ille qui fuerit in signo directo erit do-
minus ei qui fuerit in tortuoso. P Post-
quam res est in motu animae in statibus eius ma-
nentem multum; oportet ut inquisitio nostra in
eis non sit res simplex solummodo nec quo-
modocumque accidit, immo fiat cum maxima
diligentia et diversis rectificationibus propter
diversitates signorum in quibus fuerint
mercurius et luna et planete dispositores ea-
rum in multum adiuvat in statum propter taciturni-
tatem animae et magnum confert auxilium similiter parti-
cipationem signorum planetarum quam pariter
habent in eo quod diximus in participatione quam
habent ad solem et angulos. Similiter status ip-
sorum in orientem et occidentem planetarum adiuvat immo
in anima. H Hec tamen est glosa et interpretatio
status in quo erit mercurius et status
in quo erit luna hora nativitatis. Quoniam
postquam quilibet horum statuum esse potest in multis
et diversis signis, ita quod earum quodlibet significabit
de statibus animae aliam rem quam significet aliud
eorum quod inventum accidentium animae sit multum
manentium. Convenit quod ut inquisitio ac-
cidentium animae non sit solaris una que-
que modo accidit, sed sit cum maxima dilige-
ntia et rectificatione figurarum diversarum et diver-
sarum figurarum quas habebit mercurius et luna.
Quia diversitas naturarum signorum in quibus
erit unusquisque scilicet horum duorum planetarum
et id quod facit participatio unius eorum cum alio
et diversitas naturarum dispositorum suorum et partici-
patio quam habent cum eis et situs eorum in mundo
et situs eorum in nativitate, dat scilicet quelibet
harum rerum proprietatem suam animae sequitam. Et post-
quam ita est res accidentia animae determinantes sunt
quod status scire possumus apponendo mentem

ibi ipsis rebus omnibus sequentibus in qualibet earum, quia
quando sciemus simplices et iudicium quot earum
coniungantur 2 vel 3 unam cum alia componemus
et iudicabimus secundum compositionem inventam et sic
melius patefaciemus. Iam vidi aliquos
astrologos aliquid de hoc capitulo nescientes
et quando nunc apposui ad eos inveni quod nichil
intelligebant de toto eo quod est positum in hoc libro.
Et intellexi quod debilitas suorum intellectuum
erat in hoc capitulo, quia nichil intelligebant
de capitulis precedentibus; verbi gratia quis intelliget
id quod docuit ptolomeus in fine capituli dictionis
nativitatum et in fine capituli parentum
qui non possit intelligere res que sunt in hoc libro
que ptolomeus ordinavit, quoniam est sicut id quod est in
euclide et libris geometrie, quia in eo horum librorum
sunt nequit intelligi nisi pars primitus intellecta.
Et qui intellexerit primam obmiserit, sed intelliget
non valebit, verum talis est liber iste. Et sicut
ille qui silogismos non intelliget, non poterit omnino
demonstrationem intelligere. Et ille qui non intelligit
propositiones non intelliget silogismos. Et qui non in-
telliget partes propositionum non intelliget propositiones.
Similiter qui non intelligit particularia que accepimus
de anima, unam regulam generalem componit, non intelliget
regulam generalem. Et iam narravi has res. Capitulum 6.
Prima est natura signorum secundum statum que habebit mer-
curius in complexione lunae et eius participatio quam
ipsi ambo habebunt cum aliis planetis, scilicet natura
planetarum dispositorum. Quarta id quod facit status sui
situs in complexione mundi et in complexione solis. Quinta
id quod facit status sui situs in nativitate
in complexione angulorum. Et ptolomeus docet unamquamque
rerum istarum particularium et dicit. P Signorum
autem communiter mobilia faciunt animas
amatrices rerum plurium et civitatum et fa-

ciunt eas similiter amatrices laudis et rebus di-
vinis concordes subtiles bonorum morum et lau-
datum magnum bellum et magne inquisitionis
in rebus bonis factoris aliis bonum cogitatus di-
versi similitudine bona rebus sapientes divi-
torum astronomie et divinationum. H Vult
dicere de signis id quod dicit generaliter que sunt
de natura principali, quia propter hanc naturam quam
